Character ordinis et confirmationis an sint fidei sicut baptismalis vel an sint spualis preteritis et fortitudinis. di. vi. d. li. 4. ad secundam tertie questionis.

Characterem sacerdotes legales non habuerunt distinctus. xvij. o. li. 4. ad primum.

Characteribus vni malum est sic et imaginibus. nota totum. di. vij. m. lib. 2.

Cardines orbis terrarum quod signat. di. ij. q. li. 1.

Cardinales virtutes quare sic vocantur et optimum esse ipsarum quid sit: et hoc non habuerunt secundum philosophi de eis tractauerunt: et respectu quarum virtutum dicuntur cardinales an etiam respectu theologiarum. nota solutionem et sequentia bene. di. xxxiiij. b. li. 3.

Cardinales virtutes an sint quatuor: et de sufficientia earum. di. xxxiiij. a. li. 3. p. to. et spaliter ad 3<sup>m</sup>.

Cardinales virtutes quare dicuntur cardinales et principales atque ciuiles siue politice: et ratio cardinalitatis in quo consistit. nota ad duas ultimas questiones per totum bene distinctus. xxxiiij. b. li. 3.

Cardinales virtutes eque sunt cardinales nec vna cardinalior alia quam vna sit generalioris materie distinctus. xxxiiij. b. li. 3. ad sextum. ibidem nota rationes singularum virtutum istarum: et quomodo prudentia est specialis virtus: et tamen auriga omnium aliarum: et quod ipsa inter omnes sit generalioris materie.

Cardinalium virtutum diffinitiones ponuntur et ordo illarum virtutum varie sumitur a theologo et aristotele et rutilio. nota per totum bene. di. xxxiiij. c. li. 3.

Cardinales virtutes actus terminantur in medio: et sine ponuntur in deo. di. xxxvi. a. li. 3. in solutione.

Cardinales virtutes quare manebunt in patria cum tamen theologice aliquid euacuatur distinctus. xxxiiij. d. li. 3. in solutione. et ad argumenta.

Charitas est virtus spalis: et que sit eius diffinitio. notatur in solutione: et per totum distinctus. xxxviij. b. li. 3.



Charitatis diuerse ponuntur diffinitiones puta octo  
 z explicantur per totum, nota bene di. xxvij. d. li. 3.  
 per totū, nota ibidem q̄ quedam sunt diffinitiones  
 amoris in genere; quedam autem charitatis z que  
 dantur de charitate sunt quinque.  
 Charitatis actus est velle z desiderare z diffinitur  
 per desiderare inq̄tum causatur pro charitate vie  
 z notādum q̄ habet adhuc alios actus preter hos  
 di. xxvij. d. lib. 3. ad octauū.  
 Charitas diffinitur per frui z iterum frui per cha-  
 ritatem diuersis rationibus, nota bene dist. xxvij.  
 d. lib. 3. ad sextum.  
 Charitas est sapor sapientie, nota sextum argumen-  
 tum di. xxix. a. lib. 3.  
 Charitas duplex notatur sc̄z antecedēs z p̄ns z an-  
 tenuerit xps ordinē charitatis di. xxxi. l. li. 3.  
 Charitas triplex notatur in diuinis scilicet essentia-  
 lis notionalis z personalis, z hoc probatur exemplo  
 z ratione dist. x. d. lib. I.  
 Charitas fin q̄ dupl̄r accipit̄ p̄inet ad sp̄m̄ sanctū  
 z etiā p̄t̄ adaptari p̄i di. x. d. li. I.  
 Charitas accipit̄ dupliciter, p̄be. p̄ma parte.  
 Charitas cui accipitur pro notionalis z essentiali an  
 accipit̄ equiuoce di. v. b. li. I.  
 Charitas an accipitur notionaliter vel essentiali-  
 ter cum dicitur, Transulit nos in regnum chari-  
 tatis di. v. b. lib. I.  
 Charitas cum d̄ esse in deo z est essentia diuina, no-  
 ta qd̄ dicat di. xxxij. a. li. 3. ad quartum.  
 Charitas triplex in diuinis notat̄z illa quadrupl̄r  
 z q̄q̄z etiā q̄q̄z modis significat̄ di. x. f. li. I.  
 Charitas increata et de<sup>o</sup> et oia que p̄sentia sunt in  
 aia sunt magis nota q̄s alia, nota de duplici intelle-  
 ctu z duplici noticia di. xxvij. d. lib. I.  
 Charitas an p̄p̄ie cōueniat sp̄m̄ sancto di. x. d. li. I.  
 Charitati magis cōuenit q̄ sit eēntia diuina q̄s fidei  
 v̄l spei, z nota q̄ hec virt<sup>us</sup> p̄ncipalit̄ est in deo; in no-  
 bis aut̄ per imitationē di. xxxij. b. li. 3. p̄ totum.  
 Charitas icreata refultat̄ i creatat̄; sic diligēs deū  
 diligit dilectionē in exemplari di. xxvij. c. li. I.  
 Charitas qua nos diligit deus an sit essentia diuini-  
 na dist. d. xxxij. a. li. 3. per totum.  
 Charitatē h̄re nō ē in p̄t̄e nostra nō t̄m̄ ipossibile. z  
 iō etiā p̄cipit̄, nota solu. z ad argu. di. i. g. li. 3.  
 Charitas an sit in precepto di. xxvi. f. li. 3. per totū,  
 nota opinionibus z que pbabilior.  
 Charitatis preceptum hic non potest impleri. z que  
 sit totalitas charitatis p̄rie z vie, nota in argumen-  
 tis p̄mis p̄ veritate di. xvi. m. 2. lib. 4.  
 Charitatis preceptum non potest in via a nobis ex  
 toto impleri propter pugnam concupiscentie dist.  
 xxx. b. li. 3. in argumentis.  
 Charitas diligit deum in se z in si gno simili bonita-  
 ti p̄me, nota ad primū di. xxij. g. li. 3.  
 Charitate dicimur diligere deuz, p̄ter se, z ly p̄ter  
 se dicit̄ triplicē cām, nota bñ di. xxvij. d. li. 3. ad scōz.  
 Charitas nihil anteponit̄ deo sed hunc charitorem  
 habet omnibus als̄ autem charitas dicenda nō  
 est si p̄rariū sit di. xvi. m. 2. li. 4. p̄ totum.  
 Charitas in infinitū plus diligit legez dei q̄s cupidi-  
 tas milia auri di. xvi. J. 2. li. 4. ad septimū.  
 Charitas cuiuscūq̄ imp̄fecta pl<sup>o</sup> diligit deū q̄s chari-  
 tas p̄fecta p̄t̄ diligere, primū, no. to. di. xxix. k. li. 3.  
 Charitas perfecta q̄ sit et an ab oibus sit h̄nda, ita

vt teneamur ea oēs habere, nota to. dist. xxix. h. li. 3.  
 Charitas an potest habere oculū ad aliquā remu-  
 nationē, nota totū di. xxix. d. li. 3.  
 Charitas z amor qualiter sc̄dm̄ esse habēt modum  
 licet dicatur q̄ modus charitatis est nō habere mo-  
 dum di. iij. k. lib. p̄mi.  
 Charitas habet modū; speciem z ordinē, nota qua-  
 liter di. xvij. a. libri p̄mi.  
 Charitas p̄fecta z imp̄fecta i quo differūt, nota ad  
 argumēta di. xvij. m. 2. li. 4.  
 Charitas vie est imp̄fecta nō quo ad substantiam s̄z  
 nota rationē quare nō potest hic p̄fici sicut i pa-  
 tria di. xxj. J. li. iij. in solutione.  
 Charitas vie ordinatur ad charitatē patrie, nota  
 qui sūt act<sup>us</sup> illaz charitātū, dist. xxvij. d. li. 3. i sol.  
 Charitas p̄ficiat̄ frui p̄rie di. xxxv. a. li. 3. ad penul.  
 Charitas vie q̄q̄z pl<sup>o</sup> diligit q̄s cognoscit, nota ad  
 vltimū di. v. a. li. 2.  
 Charitatem se habere q̄s potest opinari p̄ signa q̄-  
 dam dist. xxvij. f. li. 4. ad vltimū.  
 Charitatē se habere an q̄s potest scire p̄ reuelatio-  
 nē vel ex signo feruoris di. xvij. e. li. p̄mi.  
 Charitatē dei an quis habeat p̄t̄ cognoscā z quo-  
 modo hoc in probe, p̄ p̄ma.  
 Charitas minor q̄q̄z magis feruet q̄s maior distic.  
 xij. b. 2. li. 4. ad p̄mū.  
 Charitas comparat̄ igni z attribuit̄ ei acutū z mo-  
 bile z superuidū a beato Dionysio z ista nō possūt  
 perfecte p̄uenire charitati in via sed in patria, no-  
 ta solutionē valde bñ di. xxxj. J. li. 3.  
 Charitas est in simplici affectu nō autē intellectus  
 affectiuus nec sapientia, nota solutionē z ad argu-  
 menta di. xxxv. a. li. 3.  
 Charitas est in affectu fin ordinē ad intellectum et  
 ex p̄te illa ordinē habet z est magis ordinata q̄s or-  
 dinas, nota ad duo p̄ma di. xxxix. a. li. 3.  
 Charitas cū sit tota in affectu quare tūc etiā diffini-  
 tur ex p̄te cognitiue potētie di. xxvij. k. li. 3. ad. 2<sup>m</sup>  
 Charitas dicit̄ motū quia mobile est z acutum et  
 superuidū, nota hunc actū digniorem cognitiōe  
 di. ix. d. li. 2. ad vltimū.  
 Charitas z fidei est dirigere intentionē; sed nō con-  
 uenit spei q̄suis z ipsa sit theologica virtus sicut et  
 alie, nota totū di. xlj. d. lib. 2.  
 Charitas nota quō aliquid habet ab intellectu di.  
 xxvij. d. li. 3. ad quartū p̄tra diffinitionē apostoli.  
 Charitas generat̄ a fide z spe sc̄dm̄ modū vie z cha-  
 ritas generat̄ a visioe in quātū visio est quedā ama-  
 ti dist. xxxi. li. 3. ad tertū.  
 Charitas est finis fidei di. xxxij. t. li. 4. in solu.  
 Charitas fundat̄ in scientia absolute, nota ad 2<sup>m</sup>  
 di. xxxj. J. lib. 3.  
 Charitas nō est fundamētū sicut fides di. xvj. f. 2.  
 lib. 4. ad scōdam questionē.  
 Charitas p̄ accidens est in speculoz magis p̄ se est p̄-  
 sentis amari fides aut̄ ex sua specifica forma i spe-  
 culo est, nota optime ad penultimum, di. xxxj. J.  
 libri tertij.  
 Charitas dignior est fide z spe q̄s in actu suo nascit̄  
 ab actibus aliarum di. xxvij. a. li. 3. in principio an-  
 te diuisionē tractatus.  
 Charitas non iungit nos deo p̄ hoc q̄ creatura est;  
 sed fin q̄ est similitudo zc̄, nota di. xvij. a. li. p̄mi.  
 Charitas cū sit finita p̄t̄ nos tamen cōiungere infi-



ro bono inq̄tum agit p̄ rōnem boni di. xvij. a. li. i.  
Charitate semp̄ cōiungitur deus et nunq̄s separat̄  
ab ipsa. dist. xvij. a. libri. i.  
Charitas z alie virtutes diuersimode coniungunt  
nos deo di. i. i. libri. i.  
Charitas cuz sit indignior in genere subst̄tie cōiun-  
git tamen naturā rōnalez ipsi deo eo q̄ est similit̄  
effect̄ bonitati diuine di. xvij. a. lib. i.  
Charitas est quasi instrumentum spiritus sancti.  
di. xxij. b. lib. 3. in sol.  
Charitas q̄ diligit̄ deū nō est sp̄s sanctus s̄z donū  
habituale nota bñ rōnes p̄z p̄tra di. xvij. a. li. i.  
Charitat̄ actū natura elicere nō sufficit licet amo-  
rem naturalē p̄t̄ z quis ille amor naturalis signo-  
tificatur di. xxvij. a. li. 3. ad primū.  
Charitas corrigit naturam quo ad ordinem dilige-  
doz di. xxix. a. li. 3. nota bene p̄ totū distinctiōes  
tā in solu. q̄z ad alia argumenta.  
Charitatis habitus eleuat potentia ad actū digni-  
simū qui est diligere di. xvij. a. lib. i.  
Charitat̄ habitū oportet habere si aīa debz cōiungi  
sini nota rōnes p̄ veritate ante solutionē dis. xxvij.  
a. lib. 3. ibidem q̄ charitas est virtus.  
Charitas habitualis requirit̄ in anima nostra non  
p̄pter imp̄fectionē operantis dei sed p̄pter imper-  
fectionē anime nostre di. xvij. a. li. i.  
Charitatem semel amittens an possit resurgere in  
maiori charitate v̄ equali aut in minori nota solu.  
z cetera omnia di. xxxi. b. li. 3.  
Charitas nō imobilitat voluntatem vt nō possit de-  
flecti nisi assit p̄firmatio di. xxxi. a. li. 3. ad q̄ntum.  
Charitas an expellitur a peccato tanq̄s a contrario  
suo di. xxxi. a. lib. 3. ad quartum.  
Charitas non vincitur a peccato sed volūtas sp̄re  
abicit eam cū defleat̄ ad id cum quo stare nō  
potest di. xxxi. a. li. 3. ad primū z secundū.  
Charitas semel habita potest amitti nota di. xxxi. a.  
lib. 3. per totum.  
Charitas an potentior est suo subiecto non fm quā  
considerationem di. xvij. a. li. i.  
Charitas amissibilis est in homine nō in angelo licz  
sit eiusdem rationis in v̄risq̄ quo ad actum gra-  
tificandi sed non quo ad confirmationem di. xxxi.  
a. lib. 3. ad primū.  
Charitas ex sua debilitate non succūbit nec dator  
ipsius charitatis z tamen possumus perdere cha-  
ritatem ex eo q̄ defleat̄ p̄t̄ volūtas in id cum quo  
charitas nō stat di. xxxi. a. li. 3. ad argumenta.  
Charitas minima sufficit ad resurgendum s̄z tamē  
oportet q̄ sit ibi maior conatus que etiam p̄t̄ elice-  
re minima charitas. z iō in sur gente audit̄ maior  
posse z nō maior habit̄ di. xliij. b. 2. li. 4. ad penul.  
Charitas q̄trum est de se p̄seruat ne quis peccet di.  
xxx. a. li. 3. ad septimū octauū z ad duo sequentia.  
Charitas est maioris efficacie ad saluandū q̄s mor-  
tale ad p̄dēpandū s̄z nō citius saluat q̄suis pleni-  
z a pluribz di. xxxi. d. li. 4. ad tertium.  
Charitas an operit multitudinē peccōz in iustifica-  
tione ip̄j vel ipsa iusticia ḡnalis di. xvij. a. lib. 4. ad  
obiecta p̄ duabz diffinitōibz scōi d̄ iustificatōe ip̄j.  
Charitate ecclesie dimittuntur peccata etiaz si nul-  
lus esset in ecclesia militante habens charitatem  
di. xvij. m. li. 4. per totum.  
Charitas minima cuz posset resistere peccō cur dat̄

etiā custodia angeloz di. xi. b. li. 2. ad vltimū.  
Charitas est virt̄ nota di. xvij. a. li. 3. per totum.  
Charitatem maiorē habēs minorē actū p̄t̄ elicere  
q̄ ille q̄ hz charitatē minorē z hoc si p̄sideret̄ actus  
ad illud qd̄ dat̄ actū nō aut̄ q̄trum ad hoc qd̄ actū  
informar̄ nec virt̄ sp̄ agit fm totuz posse etiaz in ea-  
dem di. xxv. i. lib. 3. per totum.  
Charitatis act̄ quo deus diligit̄ z quo p̄rimus di-  
ligit̄ nō possunt equari dis. xxix. e. li. 3. p̄ totum.  
Charitas z acus charitat̄ maius preāū est qd̄ of-  
ferre possumus di. xvij. a. lib. i.  
Charitat̄ actus q̄ totalit̄ refer̄t̄ in deū pertinet ad  
gl̄iaz z nō ad statū vie di. xxvij. k. li. 3. ad argumēta  
Charitate habita habet̄ deus di. p̄ma. i. lib. i.  
Charitas quare maxime dicitur diuina virtus di.  
xxij. c. li. 3. per totum.  
Charitas non potest habere alius consequens ip-  
sam z ideo nec donū aliqd̄ consequitur ipsam di.  
xxiiij. b. li. 3. ad sextum.  
Charitas non potest fieri informis di. xxvij. ad vlti-  
mam questionem p̄ totum.  
Charitas quare perfectior est alijs donis quia vl-  
timū et optimū z in alijs donis non ita relucet de-  
di. xvij. b. lib. i.  
Charitas nota q̄ deus magis vt in exemplato in ip-  
sa charitate resultat̄ q̄z in quacunq̄ alia creatura  
vbi immediate supra.  
Charitas ē q̄si race bonitat̄ di. xliij. i. lib. 3. ad vlti-  
Charitas cū nullo vitio habet̄ alie aurem virtutes  
tū vnū vitium excludunt z ideo charitas diuidit̄ in  
ter filios regni zc. di. xvij. i. lib. i.  
Charitas ē similitudo bonitat̄ vt est bonitas diuina  
z iō nō p̄t̄ esse informis nota z alias tres causas  
huius di. xxvij. c. li. 3. ad vltimā q̄onem.  
Charitas dignior est alijs virtutibz propter quattu-  
or di. xxxvi. d. li. 3. in solutione.  
Charitas nō potest habere minus posse intendēdo  
vel maius quia nunq̄s fit informis sicut fides z alie  
virtutes que informes possunt esse distinct. xxiiij. g.  
lib. 3. ad primum.  
Charitate qualiter translati sumus in regnum filij  
di. v. b. libri. i.  
Charitas distinguit̄ inter filios regni z perditionis  
in probe. parte p̄ma  
Charitas an sit dignior vita et̄na z q̄re di. xvij. a. li. i.  
Charitas est lumen effluxū a fonte luminis sc̄z sp̄ri-  
tus sancto sicut lucens primū mouet p̄ influentiā lu-  
cis que nō est ipsum di. xvij. a. li. i.  
Charitati z veritati lumen attribuitur nota bñ qua-  
liter z q̄s differenter di. xvij. f. li. i.  
Charitas lumē est p̄fectum luminis qd̄ ē multiplex  
z sunt q̄tuor p̄ncipaliores act̄ eius di. xvij. f. li. i.  
Charitas q̄liter d̄z lumen di. xvij. c. lib. i.  
Charitatē z quietē in deo noīa ordinū significantia  
demonibz attribui nō possunt z iō nō p̄t̄ dici sera-  
p̄bin nec throni di. ix. f. li. i. in solu. z ad argumēta.  
Charitas est p̄mū donū ex parte dantis non ex pre-  
nostra z q̄ ipsa est fm totū posse hominis di. xxvij.  
c. li. 3. ad vltimā q̄onem p̄ totum.  
Charitas nō euacuatur q̄suis sit ad finem p̄sequen-  
dum z ideo sine habitu nō cessat q̄z inq̄s̄itō ei<sup>9</sup> fuit  
vt teneret finē di. xxxi. i. li. 3. ad quartū.  
Charitas nō euacuabit̄ sed bñ ei<sup>9</sup> fundamētum sc̄z  
fides z nota q̄ manebit eadē charitas nūero i p̄tia



que est in via perficietur tñ nō fm substantiā s; quo ad modum quem accipit a subiecto di. xxi. J. lib. iij. per totum.

Charitas dilecti z amor differūt z dilectio est gen<sup>o</sup> charitatis di. xxvi. d. li. 3. ad primū.

Charitatis actus est diligere deum ppter se z super omnia z li. ppter se non dicit vnā causam tantuz sed tres di. xxvij. d. li. tertij.

Charitas dilectio z amor nō circa gratuita cōsiderata differūt sicut gen<sup>o</sup> z spēs di. x. a. li. pmi.

Charitas q̄ diligit de<sup>o</sup> z proxim<sup>o</sup> z oia que ex charitate diligit vñ<sup>o</sup> habit<sup>o</sup> nora totū di. xxvij. c. li. 3.

Charitas licet sit vn<sup>o</sup> habit<sup>o</sup> qua diligit deū z proximum sūt tñ duo mādāta di. xxvij. f. li. 3.

Charitas pfectissimū habet actūz obiectū ei<sup>o</sup> ē summa bonitas z illa ab omnib; desiderat z charitas maximum est bonū iter bona spiritualia z quomodo charitas est vt efficiens operū aliaz virtutū et forma atq; finis. nora totū di. xxxij. b. li. 3.

Charitati correspondet premium substantiale z fm eius quantitātē maius vel min<sup>o</sup> erit premium sbstantiale. accidentalē autē correspondet magnitudo vltimū multitudinis operū di. xlix. b. li. 4. ad tertū z q̄rtū.

Charitas an habeat ordinē ad diligenda di. xxix. a. li. 3. per totum.

Charitas ordo pōt duplici<sup>o</sup> accipi s; fm se fm q̄ est mouēs z iunctū cū natura diligētis accipiēdo charitate q̄ ad pmi<sup>o</sup> sic magis boni sūt plus diligendi. quo ad scdm autē sic magis z iunctos magis diligimus di. xxix. a. li. 3. ad quartū quintū z sextum.

Charitas ordo nō facit q̄ illud sit melius diligere qd fm ordinē charitatis prius diligit s; alia ratio di. xxx. c. li. 3. ad primū.

Charitatis ordo patrie z vie nota ē z triplex ordo dilectōis ponit di. xxix. a. li. 3. in solutione.

Charitatis ordo an seruabit i patria a beatis sicut iam in via z an plus tunc diligo bonum anime proximi q̄ bonū corporis pxi<sup>o</sup> di. xxxi. m. li. 3. p totū.

Charitas nō pōt diminui di. xvij. k. li. pmi.

Charitatis potētia maior vni<sup>o</sup> q̄ alterius fundat in essentia charitatis. nora in rōnibus p veritate z in consequentibus p totū di. xxxi. l. li. iij.

Charitas nūq; stat s; semp pfiat dist. xvi. n. 2. li. 4. ad scdm.

Charitas in q̄ crescit cū z ipse charitas deū pponit oib; etiā penis di. xvi. m. 2. li. 4. ad argumenta.

Charitas pfiat q̄tuor mōis. no. optie. di. xvij. k. li. i.

Charitas quanto fortior tanto melior est simpliciter vt charitas qua inimicus diligitur z non ideo melior quia dulcior vt diligere amicū. nora solutionē di. xxx. c. li. 3. ad argumenta.

Charitas augmētū sit per gratie appositionē di. xij. f. 2. li. 4. ad vltimū scdē questionis.

Charitas auget per additionē essentie ad essentiam no. bñ omnia di. xvij. k. li. j. z iter di. xxxi. l. li. 3.

Charitatis augmētū duplex notat z in q̄ mittitur spūssant<sup>o</sup> etiā inuenies di. xvij. J. li. pmi.

Charitas addita charitati nō trāsmutat sed vnitur di. xxxix. l. li. 3. ad vltimū.

Charitas optima virtutū z incima est atq; similima patrie di. xvij. f. lib. pmi.

Charitas quare dicat mater omnū virtutū. nora di. xxij. l. li. 3. in solutione in fine.

Charitate nihil ali<sup>o</sup> esse pōt. nora solutionē in scdā

diuisione di. xxxij. c. li. 3.

Charitas maximū donozū est licet sapiētia primuz donū inter dona spūssantū sit habet tñ hoc a sapore charitatis di. xvij. g. li. pmi.

Charitati attribuunt ab aplo opa aliarū virtutum nota rationē z quō charitas est quedāz similitudo diuine bonitatis z calor animā mouēs di. xxvij. c. li. 3. p totū ibidē quare iusticie nō attribuunt nora.

Charitas nō est forma virtutū fm rationē virtutis nec est fm esse gratie gratū faciētis sed informat in ratione triplias cause. nora bñ in solutione pulcherrima valde di. xxvij. c. li. 3. ibidem ad primū.

Charitas facit oēs vrutes tēdere in finē vltimū s; q̄ liber p se in primū finē tēdit di. xxvij. c. li. 3. ad scdm.

Charitas licet sit spālis virt<sup>o</sup> est tñ vniuersalis motrix virtutū ad actū. mouet em̄ paciētā ad actū vt si querat quare paciēs ē paciēs respondet propter charitatē dei que mouet. licet paciētā eliciat actū z etiā q̄liter vniuersalit<sup>o</sup> efficiat influentē. nora ad pmi<sup>o</sup> z scdm z quare etiā ei attribuunt actus oim aliarū virtutū ppter eandē causā z q̄re in gredit<sup>o</sup> difinitiones aliarū virtutū ad tertū di. xxvij. b. li. 3. ibidem ad idē. nora alia omnia p totū.

Charitatis calor mouet in omnib; opib; meritorijs: sicut calor solis mouet in oib; virtutibus naturalibus di. xxvij. b. li. 3. ad duo vltima.

Charitas idē ē finis vltimus z prim<sup>o</sup> s; nō sic est in alijs virtutibus di. xxvij. c. li. 3. ad vlti.

Charitas est finis omnū virtutum duplici<sup>o</sup>. z nota qual<sup>o</sup> sit finis cum ab ipsa etiā sit mot<sup>o</sup> di. xxvij. d. li. 3. ad primū z tra diffinitionē apli.

Charitas cuiuslibet virtuti est extrinseca z etiā intrinseca z tñ ob hoc nō amittit virtus aliq̄ spēm suam di. xxvij. c. li. 3. ad primū.

Charitatis obiectū spāle qd est vltim<sup>o</sup> finis est etiāz finis oim virtutū nō primus s; vltim<sup>o</sup> z ad hūc finē vltimū nō ptingit act<sup>o</sup> virtutū in charitate q̄ cōtinet oēs vrutes vltimo fini z habet se cetera virtutes sicut motores particulares charitas vt motor vniuersalis di. xxvij. b. li. 3. ad argumēta.

Charitas dicitur radix oim virtutū. nora an iō pōt eē pncipiū di. xxvij. d. li. 3. ad scdm z tra diffinitionē apli.

Charitas an sit forma oim virtutum di. xxvij. c. li. 3. in solutione z argumēta.

Charitas ordinat vrutes ciuiles. nora ad duo vltima di. xxxij. a. lib. tertij.

Charitas sufficit soli homini in quātū est motrix generalis licet non sufficit ad omes act<sup>o</sup> fm spāle esse operū di. xxxij. a. li. 3. ad primū.

Charitas requirit vt fides firmetur z nō sufficit q̄ta nora di. xxij. k. li. 3. ad duo argumēta post solutionem z charitas dat bene esse fidei respectu cui<sup>o</sup> esse dicat etiā mater virtutū sine q̄ charitate nec fides nec alie vrutes tendūt in finē z bec forma pcpua ē in moribus z virtutibus. nora p totū.

Charitas nō sola sufficit licet sit charitas quasi motor vniuersal<sup>o</sup> in motu meritorio eriguntur tñ z spāles motores di. xxxvi. c. li. 3. ad scdāz qdēz vsq; ad fi.

Charitas an sit finis ope<sup>o</sup> nōz z si sic q̄re pōt ip<sup>o</sup> sa q̄s spes vt fides z maxime cū nihil mouet in finē iam habito sine di. xxxvij. b. li. 2. per totū.

Charitas dat oib; virtutibus vim merendi z cuiuslibet virtuti respōdet premium spāle di. xvij. d. lib. 3. ad penultimum.



Charitas dat merito quāritatem sed esse meriti ē ex gratia di. xxvij. b. li. 3. ad primum.  
Charitas est bonum optimū z sine ea non esset optimū. nota in rationibus pro veritate dist. xxxij. a. lib. 3. ibidem ad tertium.  
Charitas potest dī finis pcepti q̄ filij di. xxvij. d. li. 3. ad tertium ztra apli diffinitionem.  
Charitas ē finis pcepti dist. xxxij. b. li. 3. in solutione.  
Charitas z vnū cū pōt vtrūq; eē appropabile z ppiū q̄re nō sapia q̄ tū appropabile est di. x. e. li. 1.  
Charitatis fructus quis sit nota ad scōm cōtra diffinitionē apli di. xxvij. d. li. 3.  
Caro christi non est celestis necaere nature q̄s ius iohannes dicat qui de celo venit super omnes est nota totum di. iij. a. 2. li. 3.  
Caro xpi an fuit antiq̄ p̄sionis dist. iij. v. li. 3. p. to.  
Caro xpi an fuit in lūbis patrū fm legem zcupilcentie. nota q̄ caro xpi dupl̄ accipitur: z an ipsa caro xpi fuit indistincta a reliq̄ v̄ginis carne z a reliq̄ patrū carne in p̄ibus di. iij. a. li. 3. per totum.  
Caro xpi nota quomō fuit in lūbis patrum ante assumptionem: z etiam in beata v̄gine vbi fuit sanctificata di. iij. f. li. 3. per totum.  
Caro christi an bñ dicitur creata a spūs sancto di. iij. x. li. 3. per totū.  
Caro xpi formādo in vtero vir gis. no. qd egerit spiritus sanctus z quid virgo beata di. iij. p. li. 3.  
Caro xpi an sit carnis z sanguinis xpi sacm vt magister dicit in lra cū nō videtur aliquid posse esse sacramentū sūp̄p̄ nec idē signū sūp̄p̄ius esse pōt et an caro xpi visibilis z palpabilis plena q̄a z diuina iustate significat carne z sanguine inuisibili z intellectuāli spūali in sacro altaris z q̄re caro dī in sacro inuisibilis intellectualis z spūal cū tibi vere sit sub sp̄ibus sacramentalib; vbi nota de palpabili z visibili duplici accepto di. x. e. li. 4. p. totum.  
Caro z sanguis nō p̄t esse materia sacri z in veteri testamēto significabāt sacm di. j. c. li. 4. q̄si ad vlti.  
Caro nō p̄dest q̄c̄z z tū cū sacramentalit̄ comedim⁹ corp⁹ dñi ipm vera cū sumim⁹ di. x. b. li. 4. p. totum  
Caro baptizati an mūdāt a fetore nota z p̄rabit sc̄itātē di. xxxij. e. li. 2. p. totum.  
Caro hoīs duplici accipitur z quō vinculū spirit⁹ habet locū in carne di. xij. a. li. 4. ad p̄mū  
Carnales qui dicitur in p̄be. p̄ma p̄e.  
Carnis tēptatio gūior ē q̄s demōis di. xxi. j. li. 2. p. t.  
Caro in via p̄fete nō obedit spiritui etiā in sc̄is. nota quare di. xliij. b. li. 4. ad quartū.  
Carnalis presentia ipedit diuinā solationē: s; non oīs qz aliq̄ iuuat di. xij. b. 2. li. 4. ad q̄rtū vltie qōs  
Carnale p̄ctm̄ m̄tis mōis dī di. xxxij. o. li. 4. p. to.  
Castitas duplex notatur z nota q̄ ē castitas i matrimonio z an illa etiā fuit i brē virginitatis m̄imonio illud p̄ficiēs. z q̄re castitas m̄imonio alis inter illegitimas p̄sonas esse non potest vt inter matrē z sororem di. xxx. b. li. 4. ad duo penultima.  
Castitas an vincat iusticiā cū tū iusticia sit lucēs sicut vesperus i celo di. xxxij. b. li. 4. ad argumenta.  
Castra nota quid sit esse immundū vsq; ad vesperam z etiā manere extra castra vsq; ad vesperā di. p̄ma. n. li. 4. p. totum.  
Caltrimar gūvñs dī z an sit idē cū gula. di. xxxij. r. li. 4. in rōe. p. veritate ante solutionē.  
Casus angeli an fuit p̄sc̄i⁹ ab eoz: z casus angeli z

hoīs in quo differit. nota totū di. iij. c. li. 2.  
Casus in p̄ctm̄ nō cooperatur ad maiorē charitatē nisi occasionalit̄ z remore di. xxxi. b. li. 3. ad penl.  
Casus hoīs in p̄ctm̄ an ad bonū peccat⁹ q̄nq; sit di. xli. b. li. 1. nota solutionē.  
Casus cooperatur in bonū ipi qui cecidit nō quo ad maiorē virtutem sed ad alia duo. s. caurelā z deuotionē di. xij. b. 2. li. 4. ad primum.  
Casus imputatur homi etiā si gratiā nō habeat. nota rationē di. xliij. c. li. 2.  
Casum cauere nō amore iusticie nō tā cadere ē q̄ tā cecidisse. nota in rōib; p. veritate. di. iij. c. li. 2.  
Cathaplasimatio sicoz ad vlt⁹ quid significat. nota de dulcib; di. xliij. c. li. 4. ad quintū z sextum.  
Cathesizant̄ paruuli z quare notatur di. vi. p. li. 4. ad primā questionē p. totū.  
Cathecism⁹ an facit cognationē spūalem q̄ impedit matrimonij di. xli. e. li. 4. ad tertium.  
Cathesizandus principalit̄ de fundamēto spūali edificationi debet instrui z sūt sex in illo fundamēto de q̄b; doceri debet. s. p̄nia: fides: baptism⁹: doctrina: confirmatio que fit impositione manū z resurrectio z iudicium di. xvi. f. 2. li. 4. p. totum.  
Catholica ecclia siue vniuersal eccliesia quare dī: nota duas cās di. xliij. f. li. 3. in solutione.  
Causa quid dicat di. v. d. li. p̄mi.  
Causa mouēs solus deus est di. viij. e. li. p̄mi.  
Cā p̄ma an voce⁹ de⁹ cū philosphi loquunt de ipsa vel p̄m⁹ motoz in causis nature di. viij. p. li. p̄mi.  
Causa p̄ma qualr excedat alias cās di. iij. b. li. p̄mi.  
Causaz p̄ma esse nō causatā ab aliquo p̄batur di. iij. e. libi p̄mi.  
Causa prima nō diffundit essenit̄ inquantū est bonum di. i. q. li. p̄mi.  
Cause prime p̄uenit esse potēte infinite quadrupl̄iter di. i. a. li. 3. in rōne p. veritate.  
Causa p̄ma influit oibus esse immediate z etiā p̄ alia illos q̄ dicebāt errāres q̄ nō isaueret nisi mediāte mobili primo di. xxxv. g. li. i. ad tertium.  
Causam deitas habere nō pōt q̄uis in sacro altar̄ cōtineatur z omē sacm sit causa ei⁹ qd̄ p̄inet. nota an cōsecrationis act⁹ z intentio cōsecrantis sint ad deitatē di. xij. d. li. 4. p. to. bñ nota.  
Causa p̄ma in diuinis personis vel sc̄da vnus respectu alteri⁹ non est vbi z nota q̄ pater non ē causa p̄ma respectu filij di. xij. b. li. p̄mi.  
Causa in diuinis nō est vt pater dicatur causa filij. nota quare z quō greci vtuntur nomine cause pro principio di. xx. f. li. p̄mi ad primum.  
Causa filij an pater sit in diuis z quare nō causa filij cū tū p̄ncipiū di. v. d. li. p̄mi.  
Causa cē gen⁹ cause est in deo p̄ter materiā. nota bene solutionē z rationes p. veritate immediate añ solutionē z cetera ibidē di. xx. a. li. p̄mi.  
Causa q̄n prior est causato ab alio habet q̄ sit causa et ab alio q̄ s̄sistit di. ix. e. li. p̄mi.  
Causa alicuius z qd̄ ordinat̄ ad aliquid hoc etiā p̄cedit illud ad qd̄ ordinat̄ di. xvij. f. li. 4. in argumentis p̄ sc̄da parte.  
Cā nota an sit ḡnāl̄ vey q̄ q̄c̄d ē cā cause q̄ hoc sit causa causati di. xvi. b. 2. li. 4. ad scōm.  
Causa posita nō semper ponit effect⁹ maxime in voluntarijs di. xxv. e. li. 4. ad vltimū.  
Causa necessaria alicui⁹ effectus fm potentiam dei



ordinatam an potest esse nō causa illi<sup>9</sup> effectus di. xliij. e. li. 4. ad scdm.

Causa duplex notat<sup>r</sup> equiuoca z vniuoca z vniuoca duplex est di. xliij. e. li. 4. in solutiōe. nota bene.

Causa duplex notat<sup>r</sup>. s. per se z per accidens: z nota an relatio habeat causā per se z qd cā non semp participat eā formā cū suo effectu di. xli. a. li. 4. ad arg<sup>3</sup>

Causa contingēs que sit. nota di. xl. x. li. pmi in solu.

Cause duplices designatur. s. remote z p̄p̄nque q̄ z vniuoce vocatur di. xlv. c. li. 1. ad penultimū.

Causa vniuormis i oibus z semp bene causat difformes effectus si cōcurrūt z alie cause vt patet de cōtritione cui<sup>9</sup> causa est deus z tñ cōtritio difformis est di. xvi. b. 2. li. 4. ad duo vltima.

Cause plures nō sunt eque p̄xortime vni effectui nisi altera sit imperfecta di. viij. n. li. 4. in solu.

Causa aliqua q̄ est cā in fieri alicuius effect<sup>9</sup> oportet qd maneat si permanere debet effectus z hoc non tenet in volūtarijs vt patet in matrimonio vbi p̄ vni<sup>9</sup> p̄cū volūtariū manet semp m̄t̄monū q̄uis i poste<sup>r</sup> rū cōiuges a seiuicē sep̄ en<sup>t</sup> di. xxxi. o. li. 4. ad 2<sup>m</sup>.

Causa nota q̄ erigunt<sup>r</sup> ad cām rei di. xxxviij. a. lib. 4. ad primū.

Cā cōis est aliq̄ indigēs z determinabilis p̄ aliud sibi addibile. nota i rōib<sup>9</sup> p̄ veritate di. xlv. f. li. pmi.

Causa quāto magis ē determinata tāto magis p̄pria. nota de voluntate di. xlv. c. li. pmi i rōib<sup>9</sup> p̄ veritate.

Cause primordiales et rōnes causales cause naturales z cause feminales. nota q̄ dicunt<sup>r</sup> z quō d̄nt z qual<sup>r</sup> d̄r fieri p̄ illas di. xvij. g. li. 2. per totum.

Causa finalis quietat intentionē per se z totā. nō. solutiōne di. xli. c. lib. pmi.

Causa formalis an patet pōt dīa filij in diuinis di. v. d. li. pmi.

Causa formal<sup>r</sup> z efficiēs q̄ diuersimode causat res. di. xxvij. e. lib. pmi ad tertium.

Cause scōe nō excludunt p̄mā causaz q̄ p̄tinet alias causas in esse z operari. Et sic dicit Augustinus qd dei bonitas est cā oim. nota solutiōne di. i. l. lib. 2.

Cause scōe nō operant<sup>r</sup> nisi virtute p̄ime cause. s. diuine volūtatis nō tamen fm̄ p̄p̄ietates diuinis di. xlv. b. li. pmi per totum.

Cause scōe nō influerēt aliq̄d reb<sup>9</sup> nisi z cā p̄ima immediatus influeret di. xxv. g. li. 1. ad vltimū

Causatum z causatū impossibile est equalia esse: vbi autē vni<sup>9</sup> est p̄ncipiū alterius horū bñ ē equalitas di. xix. d. li. pmi ad vltimum.

Causatum necesse est sequi causam z nō esse coeternum cū causa p̄ima: quia causa est cuius esse seq̄t aliud di. xxv. b. li. 1. ad vltimū.

Causatum cause efficiētis nō est eiusdem essentie cū causa efficiente di. xi. a. li. pmi.

Laurela. p̄p̄ie quid sit di. xxxv. e. li. 3. ad vltimum.

Cecus a natiuitate sanatus an simul fuerit imediate sanat<sup>9</sup> cū dicat<sup>r</sup> postea illuminat<sup>9</sup> i fide cū diceret quis est dñe vt credā i eū di. xv. l. 2. li. 4. p̄ totū.

Cecus videns hoies z arbores ambulantes an fuit totus sanatus inus z erra: z quid significat qd nō perfecte vidit di. xv. k. 2. li. 4. ad penultimū.

Cecitas quā i dicit p̄ctm̄. nota qd sit di. xvij. b. li. 4. in solutiōne z ad tria p̄ma argumēta.

Cerberubin z seraphin diuersimode nomian<sup>r</sup>: quā doq; terminantur in n. q̄q; in m̄ zē. nota ratione z di. ix. e. li. 2. ad vltimū.

Celebrās sine altare z vestib<sup>9</sup> sacris cōsecrat si sit sacerdos lz grauissime peccaret di. xij. r. 2. li. 4. p̄ ro.

Celebrare aliter q̄ xps instituit est mortale z multis modis fieri pōt di. xij. r. li. 4. per totum.

Celebrans simulatoze scz nō cōsecrādo hostiam et alius malus cōsecrans quis magis peccat di. xij. p. 2. lib. 4. ad vltimum.

Celebrātes licet sanctissimū accipiūt quō tñ sūt imū/ di sicut z illi q̄ de cinere vituli alios mundabāt in lege di. j. n. li. 4. p̄ totū.

Celebrare an quis posset pollut<sup>9</sup> sine mortali tamē p̄o alio sacerdote de quo dicitur altui p̄ciētia sua qd ille peccaret mortaliter quia in malo statu di. ix. k. li. 4. ad vltimā questionē in fine nota totū.

Celebrare volens sacerdos an semp tenetur confiteri z an retrocedere debet si aliq̄d recorder<sup>r</sup> cū fuerit prius p̄fessus di. xvi. v. 2. li. 4. ad quintū z seq̄ntia

Celebrare q̄rtidie an sit laudabile vel nō di. xij. g. 2. li. 4. per totū. nota singula bene.

Celum trinitatis qd sit di. ij. g. li. 2. per totum.

Celum trinitatis z deus an differat. nota solutiōne et ad primū di. ij. b. li. 2.

Celum trinitatis qd cōtinet in se an deus sit in ipso: et an xps fm̄ hominē z an beata virgo sit in ipso. nota per totū di. ij. b. li. 2.

Celum triplex ad qd paulus raptus est quid sit. nota totū di. xij. q. li. 3. Ibi dē qm̄ visio triplex celū nominatur z qm̄ d̄r celum simpliciter.

Celo z sufficiētia ponitur vbi nota qd sint celi di. xij. d. li. ij. per totum.

Celi decem p̄ter celū empirēū ponūtur fm̄ philosophos. nota ordinē illo z di. xv. c. li. 2. p̄ totū.

Celum de natura sua tria dicit. s. celsitudinē nature et loci z dignitatē z p̄nētā z locū sūme quietē q̄ celo trinitatē p̄fectissime p̄ueniūt. nō. p̄ ro. di. ij. g. li. 2

Celū h̄re materiā p̄gnosa t̄p̄ motū di. iij. d. 2. lib. 1.

Celū nō p̄t esse de substantia corporis humani vt quidā dixerūt di. xliij. b. 2. li. 4. in solutiōe.

Celum dī vira oib<sup>9</sup> deorsū existētib<sup>9</sup> licet nō viuat di. xvi. m. li. 4. ad septimū.

Celū cui<sup>9</sup> figure sit an sperice z q̄re illa figura attribuitur ei. nota totū di. xij. e. li. 2.

Celum an ex natura sua habeat dextrū z sinistrū q̄ dicitur ille pres. nota solutiōne di. xij. c. li. 2.

Celum vñ habet dextrū z sinistrū an a celo empirēo nota solutiōne di. ij. e. li. 2.

Celum an ster vel moueat<sup>r</sup> z vñ p̄ncipiū motus celī z quis motor celī di. xij. f. li. 2. p̄ totū.

Celum a quo mouet<sup>r</sup> di. viij. p. li. pmi.

Celū an mouerūt<sup>r</sup> dei imediate vel ab alio motore ambiguū est di. xliij. v. li. 4. ad vltimū.

Celo z motores an sint an geli incertū est. nota bene solutiōne di. ij. a. li. 2.

Celi mor<sup>9</sup> nisi visu deprehenduntur z ideo empirēum non est cognitum a philosophis s; tantū nonū celum. nota post solutiōnes argumētoz ad q̄stioēz incidentalem di. ij. c. li. 2.

Celū aprum est triplicē. s. ad exitū grē ad introitūz in gloriā z q̄ ad locū di. vi. m. li. 4. ad penultimum

Celos aperiri qd sit in imolatiois hora vt gregori<sup>9</sup> ait di. xi. j. li. 4. in solu.

Celum atteri vt dicit iob. nota quō intelligit<sup>r</sup> di. xliij. a. li. 4. ad primū.

Celum empirēum philosophi nō cognouerūt. nota



ante penultimā solutionē di. xxiij. b. li. 3.  
 Celum empiricum per rationes pbare volentes falsa assumpserūt, nota improbationes rationum illarum in solutione di. ij. c. li. 2.  
 Celum empiricum an sit corpus z quare per rationem nō est inuestigabile, nota solu. dist. ij. c. li. 2. ad questionē per argumentoz solutionem.  
 Celum empiricum licet sit vicinius primo moroz nō tamen vt moroz: qz nō est nisi, ppter statū brōz z nō ppter gñationē di. ij. d. li. 2. ad tertiu nota bñ.  
 Celum empiricum an sit immobile z ymiforme vñ nō z qre dicitur empiricum, nota totum di. ij. d. li. 2.  
 Celum empiricum in alio ordine est qz aliq celi nec in die iudicij pmiabitur vltcrius qz iam nisi forte accidentalī premio, nota solutionē di. ij. e. li. 2.  
 Celum empiricum an habet ordinē influendi super alias sphaeras z verum ipm celum empiricum illuminatur etiā a sole z stellis q nos videm⁹ cum hmoi luminaria etiā superius sint lucida sicut versus nos. nota per totū di. ij. e. li. 2.  
 Celum empiricum nō piciat radios suos nobis visibiles sic nec alie partes orbū sūt visibiles sz tm stelle in orbibz, nota quare di. ij. d. li. 2. ad scdm.  
 Celū igneū qre igneū dicitur, no sol. di. xiiij. d. li. 2.  
 Celum cristallinū dicitur aqua que est sup celum, nota quare cristallinū dicitur quare aqua di. xiiij. a. li. 2. in solutione.  
 Celū cristallinū z alia sub illo ordinatur ad gñatōez et corruptionē z illos cognouerūt philosophi sz nō empiricū, nota solutionē an penltimā di. xxiij. b. li. 3.  
 Celum aqueū ad qd necesse sit ponere z an rōne pōt deprehēdi, nota rationē ante solutionē z ad vltimū di. xiiij. b. li. 2.  
 Celum aqueū an habeat aliquē motum z quis est ille, nota solutionē di. xiiij. c. li. 2.  
 Celum aer nominat⁹ ppter tria di. vi. c. li. 2. ad qrtū.  
 Celum aereū soluet⁹ igne pflagrationis vt petr⁹ ait di. xlvij. f. li. 4. ad vltimū.  
 Celestis regni ianua p qd sit aperta z q sit illa ianua di. iij. g. li. 4. per totum.  
 Celestia corpa p motū causant diuersa ppter diuersas iunctiones z respect⁹ z pūctōes zc. di. ij. o. li. 1.  
 Celestia corpora vocantur immortalia, nota rōnem di. ix. c. li. primi.  
 Celestium corporum esse non mensurat⁹ tempore sz euo di. ix. c. li. pmi.  
 Celestis corporis influentia causa est mixtiōis z gñationis in inferioribz di. viij. b. 2. li. pmi.  
 Celestia corpora z inferiora nō agunt i se mutuo imitando fm spēm, nota ad penultimū di. ij. n. li. 3.  
 Celibatus iohānis an sit preferēd⁹ cōiugio abrae nota qz quātū ad statū z actū celibat⁹ iohānis pferatur zc. di. xv. r. li. pmi.  
 Celibatum opabatur mīmoniu serōz patriarcharū qzuis z bigami fuerint di. xxxij. d. li. 4. per totū.  
 Cena dñi an fuit ante festū pasche vñ nō di. xij. b. li. 4. ad scdm z tertiu.  
 Cerimonialia vnde dicunt⁹ et vnde habent ortum et ad qd pertinent di. j. b. li. 4. ad vltimū.  
 Cerimoniae vñ dicunt⁹ fm catholicos z etiā fm gentiles: an cerimoniae in lege dimittēbāt venialia peccata di. xix. b. 2. li. 4. per totum.  
 Cerimoniae dicuntur obsequia ad cultum diuinum pertinentia, nota solutionē di. ix. c. li. 3.

Cerimonialia z iudicialia pcepta an sint de naturali lege di. xxxvij. b. li. 3. ad argumēta scōe qōis  
 Cerimonialia quedā manserūt z quedā nō vt patet de sabbato z de thurificatione di. xxxvij. g. li. 3. ad scōam questionē per totum.  
 Cerimonialia z moralia nō valent ad meritum sine charitate sz tm differēt di. xl. c. li. 3. ad vltimum.  
 Certitudo duplex notatur. s. signi z pncipij di. xli. m. li. pmi ad argumenta.  
 Certitudo duplex notatur z que melior sit di. xliij. p. li. 3. in solutione.  
 Certitudo duplex notatur scz cognitionis: z alia p modum nature z illa est certior arte z hec ē duplex nota que pueniat spei di. xxvi. c. li. 3. ad scdm z certitudinis causa in spe nō est fides sed merita z gratia ibidem nota.  
 Certitudo duplex nota ē z nota quā certitudinez habet spes di. xxvi. d. li. 3.  
 Certitudo que est in spe an sit a fide vel non di. xxvi. d. li. 3. ad tertium.  
 Certitudo maior est virtutum moralium tendentium qz cuiuscunqz deliberate rōis dist. xxiij. g. li. 3. ad tertium.  
 Cerei paschalis bñdictionē fecit petr⁹ gregorij discipulus di. vi. m. li. 4. ad vltimū.  
 Cessatio ab actu peccati dicitur instillatio a fōte gratie qz ut aliquis nō sit in gratia di. xv. j. li. 4. ad pimum.  
 Chaos magnū inter beatos z dānatos qd sit nota di. l. k. li. 4. p totum.  
 Cibus hois mutatur z mutat hominē di. xliij. g. li. 4. in ratione p veritate.  
 Cibus nō indigere conuenit corporibz brōz dānatorū z puerorū in limbo sed diuersimode di. xliij. b. 2. li. 4. ad argumenta.  
 Cicatrices martyru an apparebūt in resurrectione sicut z xpi. di. xliij. q. li. 4. per totū.  
 Cimiteria duplicia norant⁹ z quando possunt vēdi z qñ nō z qñ in alios vsus redigi z quando non: z qua ratione est symonia cū venduntur di. xxv. c. li. 4. in solutione.  
 Cimiteriū emere symoniacū ē nō autē emere agrū vt inde cimiteriū fiat di. xxv. b. li. 4. ad qntū ibidē quare cimiteriū ē scdm ppter corpa fidelū.  
 Cinis vituli qre i mudū reddidit sacerdotē z omnia alia mudabat z qd significat cinis di. j. n. li. 4. per totum.  
 Cyprian⁹ dixit qz heretici nō baptizāt, nota i quo intellectu hoc dicebat di. v. c. li. 4. per totū.  
 Circulus maledictiōis in peccato, nota qualr reperitur di. pma. v. li. 4. ad scdm.  
 Circūcisio qd significabat z quare nō fiebat abscisio ppter significationē di. j. v. li. 4. ad penultimū.  
 Circūcisio quō diffinit⁹ z quare nō in cōparatiōe ad baptisimū cui⁹ erat typus z qz principalis actus z an scificabat z in q determinauit isrla gētibz z qre nō circūcībāt in deserto z qre nō in frōre sed alibi et quare nō diffinit⁹ p scificationē cū illud sit pncipalius in sacramēt⁹ di. j. s. li. 4. p totū bene nota.  
 Circūcisio femis qre nō dabat⁹ z qre i maribz fuit circular⁹ z qre i mēbro gñatiōis pot⁹ qz i alio di. iij. v.  
 Circūcisio data fuit plibz de causis z penes li. 4. quid sumunt⁹ hec cause oēs di. i. b. 2. li. 4. p totū.  
 Circūcisioi dēnebant⁹ z an etiā esau vel ysmabel et serui in domibz patriarchaz z ad quid fuerit circū



castro di. i. a. 2. li. 4. p. totum.

**Circūcisio** an signū fuit fidei z figura baptisimat? di. i. b. 2. li. 4. ad scōm z sequētia ibidem quare magis fuit signū fidei z castitatis q̄ aliarū virtutū.

**Circūcisio** non iterabat̄ sicut nec quedā sacra noue legis cui? rationē vide di. vii. J. li. li. 4. ad p̄mā q̄ō nem per totum.

**Circūcisio** quāuis nō iterabat̄ z fuerit signaculum di stinguēs nō tñ ipressit characterē z q̄re n̄ iterabat̄ z an valuit ēt i ficto recedēte fictioe di. i. t. li. 4. p. t.

**Circūcisio** an dimittebat̄ pctm̄ z si sic p̄ quē (nora modū z si eodē mō sicut baptisim? di. i. v. li. 4. p. totū. Ibidē q̄re nō fuit data p̄ femis sicut p̄ maribus et q̄ circūcisio opabat̄ fidei virtute bene noranda.

**Circūcisio** indirecte dicitur pctm̄ di. j. f. li. i.

**Circūcisio** an semp facta sit petrinis cultris z qd̄ significat̄ illi cultri petri di. i. b. 2. li. 4. ad vlti. i. fi.

**Circūcisio** qm̄ cessauit z q̄re fuit obseruata a paulo q̄ ad timotheū z tñ reprehendit de hoc petrū z galatis dixit x̄ps vobis nihil p̄desti circūcidamini di. iij. b. li. 4. p. totum.

**Circūcisio** scriptibile dicit̄ tribz modis di. xxxvii. b. 2. li. p̄mi. per totum.

**Circūstantia** nō ē oino accidētāl actui i moralibz. nota de scādalo di. xvij. b. 3. li. 4. ad tertū.

**Circūstantie** nō p̄ferūt esse primū s̄ scōm nō tñ cōferūt esse accidētāl accidēs s̄ accidētāl p̄ se di. xvi. a. 2. li. 4. ad scōm z ad alia argumēta.

**Circūstantie** nō faciunt quāritatē mali s̄btāria lēt s̄ bñ turpitudinē accidētalem faciūt; z iō nō necessariō p̄tende di. xvi. b. 2. li. 4. ad argumēta.

**Circūstantie** persone z manus in actu inrer circūstantias accidētales maiorē faciunt cōgruitatē di. xvi. e. 2. li. 4. ad scōm.

**Circūstantie** diuersimode cōsiderant̄ a theologo et tullio di. xvi. d. 2. li. 4. in solutiōe.

**Circūstantie** nouē ponūt̄ z addunt̄ adhuc due et de istaz diuersitate z quō aggrauant pctm̄ di. xvi. di. ij. li. 4. per totum.

**Circūstantie** augent malū cū tñ malum nō auget̄ ab aliquo per se z an circūstantie causant positue malum di. xvi. v. li. 4. ad argumēta.

**Circūstantie** aggrauant pctm̄ non aut̄ augent bonū gratie v̄ virtutis pollice di. xvi. v. li. 4. per totū z et circūstantie p̄les in vno pctō non faciūt plura peccata sed multiplex.

**Circūstantie** aggrauāt z an dāt aliā spēm actui quā tum ad s̄btātia nature vel moris di. xvi. a. 2. li. 4. per totū Ibidē quō trabunt actū in aliā speciē.

**Circūstantie** q̄ magis z que minus aggrauāt z q̄re quedā exp̄munt̄ z quedā nō z q̄s differenter grauant pctm̄ di. xvi. e. 2. li. 4. p. totum.

**Circūstantie** que trabunt actū in aliam speciē an p̄ se sunt intente v̄ an per se intendit adulter coire cū muliere v̄ cū cōiugata ita q̄ illa sit intenta di. xvi. a. 2. li. 4. in solutiōe z ad argumēta.

**Circūstantie** pctōz q̄re sūt p̄tēde no. di. xvi. q. lib. 4. ad vltima duo sexte qōnis.

**Circūstantie** nō omēs sunt p̄tēde de necessitate s̄z de bene esse z vtilitas triplex noratur quare benefactū est si p̄tēant̄ circūstantie etiā si nō trabunt in aliā speciē ipsum peccatum; z q̄ circūstantie i aliā speciē p̄rabētēs sūt p̄tēde z q̄re circūstantie nō p̄rabētēs sūt p̄tēde in iudicio humano z nō i iu-

dicio diuino qd̄ habet locū in p̄fessione di. xvi. b. 2. li. 4. p. totum singula bñ nota.

**Circūstantias** pctōz singulas ad memoriā reducere in p̄titiōe nō est necessariū quāuis sit vtile s̄z duabus de causis nō esset vtile eas ad memoriā reducere di. xvi. c. 2. li. 4. p. totū.

**Circūstantias** singulas an reuoluere teneat̄ penitēs in p̄titiōe z satisfactioe di. xvi. c. 2. li. 4. per totum

**Cirographū** dat latro tortorū furando: sic nos diabolo peccando. nota totū di. xix. c. li. 3.

**Cirographa** oim culpa z n̄fāz per passionē xp̄i deleta sūt. nota q̄ sūt cirographa illa di. xix. c. li. 3.

**Citationes** an multe erūt an diem iudicij z si sic q̄ erit vltima di. xliij. J. li. 4. per totū.

**Clamor** angeloz quid sit di. ix. o. li. p̄mi

**Claritas** aie efficitur per claritatē sapiētie z nota simile di. xlix. d. li. 4. per totum.

**Claritas** dos corpis gl̄iosi siue luminositas qd̄ idēz ē an possit p̄uenire humano corpi cuz in ipso natura opaca d̄natur di. xliij. c. li. 4. per totū.

**Claritas** dos corporis gl̄iosi qd̄ sit. nota z an equaliter erit in oibz mēbris vni? corporis cū vni sit magis terrestre q̄ aliud; z an membra interiora vt cor epar sanguis vne sp̄s inequalit̄ habebūt claritatem z vñ habent sc̄tillā potestatem q̄ se mittūt videri z nō videri a nobis cum tñ a sc̄tis semp vident̄ di. xliij. f. 2. li. 4. p. totū nota singula.

**Claritas** dos corpis. noravñ causef an a corpe celesti v̄ ab igne z an claritas illa faciat corpa gl̄iosa p̄ sp̄cia vel nō di. xliij. b. 2. li. 4. per totū.

**Claritas** dos corporis an erit eqlit̄ v̄ ineq̄lit̄ in corporibz sc̄toz; z claritas illa seq̄tur differētē naturā corporum z meritum volūtatis. nota etiā in damnatis an erit ibi equal̄ vel inequalis opacitas di. xl iij. J. 2. li. 4. per totum.

**Claritas** corpoz gloriosoz quāta erit. nota z similiter claritas solis z lune post diem iudicij qualis futura sit di. xliij. g. 2. li. 4. per totum.

**Clauem** pp̄rie sacerdores legales nō habuerūt di. xviij. o. li. 4. ad argumēta Ibidē qd̄ sit clavis.

**Clavis** noui sacerdotij differt a clauē veteris sacerdotij di. xvij. n. li. 4. p. totum.

**Clavis** sacerdotāl qd̄ sit diffinitioe z an sit a iurisdictione vel ordie z q̄ debēt recipi p̄ hanc clauē z q̄ excludi z q̄s finis sit istī? clavis z vñ ē q̄ nō oēs p̄nt vti clauē di. xvij. b. li. 4. per totum.

**Claves** numero sūt due z quō aperit̄ clausa p̄ peccatum z q̄ vsus eaz est ad duo opera s̄btārialia et illa opa duo ad q̄ vsus est clauis sūt educio pcti et absolutio rei z fin q̄ distinguunt̄ claves z q̄s finis vltim? clauis z q̄re nō sūt tres iuxta attribura trium p̄sonarum z q̄re potētie z sapiētie corresponsident claves z nō bonitati sp̄s sancti z cū ad actū requiratur sc̄re posse z velle quare nō sunt tres z iterū quare nō q̄tuo; sūt cū sūt q̄tuo; modi ligandi z cū sūt q̄tuo; porte q̄ aperit̄ di. xvij. c. li. 4. p. totum singula bñ noranda qz optima.

**Clavis** nota q̄ sciētia discernēdi nō ē clavis z quomodo se habeat clavis ad sciētia z q̄ pastoralē curā ad dānationē pp̄riā q̄s recipit si sciētia hanc nō habet. nota hic tres opiniones s̄z vltimā alberci disti. xvij. d. li. 4. per totū.

**Clavis** habet se vt pars potētial ordis z nō sepabiliter ab ordie etiā i degradato di. xix. c. li. 4. p. totum.



**Clavis** significat potestates sacerdotis et quare non possunt omnes sacerdotes aperire per hanc clavem absolvendo et ligando di. xvij. s. 2. li. 4. ad argumeta. Claves habet ecclesia in epis et sacerdotibus quibus dicitur non solum sacra sed etiam celum aperitur et clauditur indignis et quod clavis dupliciter aperit et quod claves habent vim ex passione christi: et quod per eas soluit et an operatur an actus sacerdotis clavis ista, et quod nunquam soluit tota pena quod currat etiam clavis: et quare non absoluit de simpliciter sine clavis illa: et quare fuit vtile quod sic esset astricti hec singula nota bene. di. xvij. a. li. 4. per totum.

**Claves** habet sacerdos et hostiarum sed differetes di. xix. d. li. 4. p. to. et ad quod hostiarum habet claves ibidem nota. Claves non habent a regibus quibus habeat iurisdictionem in corporalibus di. xix. e. li. 4. per totum.

**Claves** ligandi et solvendi habet hereticus sed executione caret quod subditos non habet: et nota quod homo auditus non est materia in clavis sed subditus quem hereticus non habet et peccat mortaliter et ipse et ei sitis scietur: nec tamen aliquid facit absolvens talis di. xvij. f. li. 4.

**Clavem** nulla mulier habet quibus ei committitur aliqua iurisdictione in viris ut patet de abbatibus et prioribus di. xix. g. li. 4. per totum.

**Claves** an habeant a congregatione ita quod nullus de congregatione et quibus congregatio non potest excoicari potestamen excoicare, nota hoc per rationes di. xix. f. li. 4. p. totum.

**Claves** habet tam boni quam mali sacerdotes si habuerit iurisdictionem et clavis perceptio super fundamentum, nota et quis recipit claves ad suam damnationem di. xix. m. li. 4. per totum.

**Claves** habere an competit christo et sic quod differenter ipsi et suis sacerdotibus di. xix. a. li. 4. per totum.

**Claves** habet boni et mali sed non eque recte, nota de duplici rectitudine di. xix. n. li. 4. per totum.

**Clavis** ligandi atque solvendi an debuit vel potuit dari homini cum sit proprium dei dimittere peccata di. xvij. e. li. 4. per totum.

**Clavis** qua aperit peccatum et claudit est potestas ordinis et cum sit vniuersalis speciei quare non omnes sacerdotes absolvunt cum tamen clavis eiusdem speciei aperit si fuerit applicata sere di. xvij. b. 2. li. 4. ad penultimum.

**Clave** iurisdictionis an quis potest in seipsum agere et in partem et maiorem excoicando cum hoc scriptura videtur innuere di. xix. j. li. 4. per totum.

**Clavis** usus potest esse in non habente ordinem et unde debet descendere, nota di. xix. f. li. 4. p. totum.

**Clavium** usus an sit in hoc quod absoluit a culpa et reatu pene eterne: et an hoc possit dare deus cum dat aliquid quod potest alteri promereri primam gratiam di. xvij. g. li. 4. per totum.

**Claves** non sunt ad portas inferni sed celi: et an ad paradysum vel ad purgatorium et limbum sint claves di. xvij. c. li. 4. ad tria ultima.

**Clavium** potestas in qua potest, nota an sit super omnem penam cum triplex notatur pena di. xvij. l. li. 4. p. totum.

